



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

[Præfatio.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

tem Dei gratiam, cui liberā suā voluntate assentiantur & cooperetur: ut in iurata scilicet 6. cap. 5. expressum est traditur. Quia in re immorari non est huius instituti. Tantum monendum est fidem Christi, qui istiusmodi attritionem fundari debet diximus, tunc ceteri explicitam, cum iuxta idem Concilium Tridentinum in capitulo 6. credimus a Deo iustificari impium per gloriam eius, per redēptionem quae est in Christo Iesu. Quem scilicet proponit, ut habetur ad Romanos tertio, propitiatore per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae sua propriei remissionem precedentium delictorum, &c.] Implicitam vero d' tunc ceteri, cum est alius obiectum cognitionis, ex qua per conscientiam deducit potest antedicta etiam explicita: istiusmodi cognitionis est, si quis credat non posse peccatum sibi aliter remitti quam per beneplacitum Dei, & ea ratione quamvis constituerit: ex tali enim cognitione re-est deduci potest, a Deo iustificari impium, per gratiam, per redēptionem, quae est in Christo Iesu. Hec n. aperit ex illo colligitur; facta confirmatione haec assumptione. Sed Dei voluntas est ut hominibus remittantur peccata per Christi meritam: prout scilicet in sequenti capitulo 7. declaratur a Concilio Tridentino.

De aliis contritionibus imperfectis, quibus sunt sentientiam.

SECTIO III.

75. **D**e attritione seu contritione imperfecta ex defectu tertiae conditionis: qualis est eorum quos penitentem peccasse, ob id principali est quod peccatum est offensa Dei: & qui statuunt amplius non peccare sed non concipiunt peccatum, super omnia detestabili destandum, neque reputant ipsum vitandum esse super omnem vivibilem: Nauar. in Encycl. c. n. 37. aduersus Caietanum (quem etiam) reprehendit Sotus in 4. dist. 18. q. 3. art. 3. col. 9.) probat eam ad peccatorum remissionem sufficere (quod intellige de iuriis saltē rigore) cum absolutione Sacramentali, sufficiens ab eo qui Sacerdoti confitens credit sine crassa ignorantia, se dolorem sufficientem habere, neque effectui Sacramentali, id est gratia, obicem ponere. Fundatum enim illius est, quod sacra litera (ut pluribus locis allatis ostendit) a peccatoribus expressa exigit tantum ut agant penitentiam, non autem ut peccatum suum concipiant tanquam quid maximē omnium vivibile & detestabile: neque interpretatione ad tale quid, sive Concilia sive Patres, sive communis fidelium usus, eadem loca extenderentur. Quare nec nos debemus extendere; maxime cum id coniunctum habeat periculum perturbationis conscientiarum ob difficultatem quam contingere experiri in vincendo naturalem inclinationem, qua solitus maioris doloris ensu tangi de plerisque incommodis temporalibus, quam de nostris peccatis. Quamquam non idem negandum est, quin opus sit, ut peccator animi proposito, malit quodcumque aliud malum, euam mortem, quam peccatum.

76. De attritione qua constituitur ex defectu quartae conditionis constituitur, id est, ex eo, quod non sit cum spe, saltem virtuali, veniente obtinenda a Deo, dubium non est quin cum Sacramento ad iustificationem peccatorum remissionem non sufficiat: quia est penitentia contaminata peccato diffidentiae, similis ei quam Iudas habuit, disponens non ad salvacionem sed ad perditionem, & scelerat. De patet. distin. 3. Deinde quia a ex Concil. Trid. scilicet 6. præpatatio necessaria ad iustificationem peccatoris, constituitur: sicut fides, ita & spes quia peccator erigatur fidens Deum sibi propter Christum proprium fore.

77. L' est attritione vero quae ex defectu quinta conditionis constituitur, & est (prout post Caiet. eam describit Nauar. in præced. num. 36.) eorum quos penitentia mortaliter peccasse, vellentes non peccare, sed non omnino statuant a peccatis abstinere: dicendum est, neque simul cum Sacramenti absolutione ad gratiam obtinendam sufficere iuxta cap. Quod quidam De patet. & remittit, acque regulam illam iurum in 6. non datur veniam, nisi correcto. Unde ut notatum est a Caiet. in verbo Confessionis iteratio, peccatum sacrilegi committit, tum penitentis qui cum ea petit vel accipit abolitionem. tum Confessarius qui illam impertit. Quam sententiam sequens Sotus loco cit. rationem addit nominis, quo prædictum propositum

non peccandi, velleitas appellatur: neque quod ipsum tamquam solummodo conditionatum & inservit, ac quasi claudicans, propriè exprimat per verbum vellem. Notandum vero est diligenter in hac re pro praxi, quod idem Sotus monet in præced. distin. 17. quæst. 2. art. 5. sub initium, contritionem & attritionem ad hoc Sacramentum sufficientem conuenire debere, non solum in hoc, quod utraque sit de retestatione peccati super omne detestabile, sed etiam quod sit cum absoluto proposito numquam peccandi in futurum pro revulso mundi: quoniam alias actas ille de restationis, ne quidem cum Sacramento sufficiat, etet ad gratiam diuinam & peccatorum remissionem obtinet. endam.

78. Pro quo facit memoratum cap. Quod quidam De penitentiis & remiss. vbi statuitur non esse veram penitentiam eorum, quamvis confiteri velint de criminibus a se perpetratis, asservant tamen se ab eis abstineri non posse. Facit item quod conuersio per eum a Deum, ut ab illo veniam peccatorum misericorditer consequatur, debeat esse ex toto corde ieiulus 2: qualis non est, si quis non sit firmus, sed aliquo modo claudicet in proposito non peccandi de cetero. Accedit quod neque apud homines ieiuletur vera penitentia illius, qui de iniuria illata veniana petit absque firmo proposito emendationis. Nec enim vir uxorem adulteram pro vere penitente habet, quemadmodum videt eam adhuc affici ad adulterium suum, secundum firmiter proponere ab illius consuetudine abstinere. Quare nec apud Deum vera esse judicabit penitentia peccatoris, qui nondum apud se firmiter propositum illud deserte: ex per quod, ut Scriptura loquitur, fornicatur a Deo suo;] neque ea talis esse, per quam ille censeri possit Deum ex toto corde querere ad ipsum inueniendum: seu ad ipsum offendens sibi reconciliandum: quandoquidem ipse met Deus ait apud Ierem. cap. 2. 9. Quare me & inuenietis, cum quæsieritis me in toto corde vestro.]

De attritione denique, quam defecit ultima conditionis constituitur potest, patet idem sentiendum esse, ac de proximis est præcedent, cum constet in lege Euangelica de confessione & satisfactione proposita esse præcepta obligatoria peccatores sub mortalitate ut non habere propositum contumelie & latitudo in suo tempore, sit non habere propositum vitandi omne mortale peccatum, adeoque care re conditio, ne habendam sacramentalem absolutionem ne, estia iuxta antedicta.

LIBER SECUNDUS AC OPERIS TOTIVS SEXTVS, DE SACRAMENTA LI CONFESSI.

PRAEFACTIO.

On agitur hic de confessione fidei, quae fit coram tyranno: de qua Mat. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo: & ad Rom. 10. Corde creditur adiustiam, ore autem confessio fit ad salutem.] Neque de confessione laudis seu recognitio diuinarum perfectionum, & gratiarum actiones, frequenter significata in Psalmis Davidis, per verba Confitemini, Confitebor, & Confiteantur; atque Matth. 11. cum Christus ait, Confitebitur tibi Pater Dominus in caeli & terra,] sed agitur de confessione fraudis, hoc est, de recognitione propriorum peccatorum, non tamen omni: quia non ea quia sit iudicium in foro externo: ut illa quam Iosue exigit ab Achab dicens: Confidere, atque in dicatur mihi quid feceris, ne abscondas] Iosue 7. Nec item de interiori quae sit soli Deo; dum nos aut generaliter agnoscimus peccatores, aut nostras conscientias discubentes, diuersorum peccatorum coram eo reos nos esse animaduertimus. Nec denique de exteriori, quae ut Deo, sic & homini locum Dei tenentis sit quidem, sed generaliter, ut fieri solet in introitu Missæ, vel immedietate ante sa-

78. *croſſantia Euchariftia ſumptionem, per uſitatem illam formulam verborum, Confiteor Deo omnipotenti, &c. Agitur ergo de confessione, qua sit Sacerdoti locum Dei tenenti, Eccleſia, claves, seu iurisdictionem ſufficientem habenti, ac confando ſe diſtincte de omnibus peccatis propriis. Hec enim eſt que sacramentalis dicitur. Atque cognoscenda pro præceptis nobis proposita, completemur quinque capitibus: quorum primum erit de ipsius natura. Secundum de neceſſitate ſeu obligatione ipſam faciēti. Ter- tium de conditionib. quas ad ſuam perfectionem requiri. Quartum de iis de quib. facienda eſt. Quintum de iis per quae redditur inutilia, ſeu inefficax ad sacramentum penitentia conſtituendum.*

CAPVT I.

Denatura sacramentalis confessionis.

S V M M A R I V M.

1. Definitio confessionis sacramentalis.
2. Confessio in ſorextero facta, etiā proprio Sacerdoti, non eſt sacramentalis.
3. Ne item facta in ſore interno, ſi ſit hypothetica, aut excusatio, aut iudicativa.
4. Aut nuda narratio, aut negatio peccatorum, vel falſa eorum exag- geratio, aut narratio ſuorum honorum operum.
5. Confessio facta abſenti non eſt ſufficiens ad obtinendam sacramen- talē absolutionem.
6. Non eſt confessio sacramentalis, quaſit non Sacerdoti aut non habentium ſuptionem.
7. Nec que ſit ad alium finem, quam ad obtinendam absolutionem, nec denum generalis conſuetudo fieri per ſola verba Confiteor Deo, &c.

A explicatione naturæ confessionis sacramentalis, quatuor definitiones adferuntur à Paludin 4. diſtri. 17. quælibet. 2. articul. primo. Nobis autem vna ha- ſuficit, qua dicitur actus penitentis exterius, quo in conſientiā ſoſto accuſat ſe de ſuis peccatis coram proprio Sacerdote, vt sacramentaliter ab eis abſoluatur. Cuius definitionis prima pars, *actus penitentis exterius*, indicat illum non conſitteri, qui in mobilis manens, nullam actum extēnum verbo, vel nutu, vel alio ſimili ſigno exercet: neque abſoluendum eſſe: ob deſectum ſcilicet materiæ ſenſibilis ad sacramentum neceſſariæ, iuxta illud quod sacramentum dicitur, inuifibilis gratiæ viſibilis forma. Cap. Sacrifitium, De confec- diſtri. 2.

Secunda pars, *quo in conſientiā ſoſto accuſat ſe de ſuis peccatis*, excludit eas confessiones quaſt fiunt in ſoſto extēno coram iudicibus, etiamſi fuerint Ecclesiastici ac proprieſi Sacerdotes. Præterea corrigit abuſum quorūdā, qui ut aliquid proprio peccatum dergant, multa ſimiliora peccata imperiſtenteſi narrant: viri, uxorum, uxores, virorum; ſerui, dominorum; alijs, aliorum; qua omnino tacenda ſunt, quando propria (quorum tantum & non alienorum mani- ſtatione) debet eſſe confessio sacramentalis) poſſunt ſine illis ſufficienter aperiri. Ad huc denotat non quemlibet actum extēnum penitentis eſſe confessionem sacramentalē, ſicut nec quilibet eſt talis, qualem proposita definitionis verba declarant; adeoque nullam ſequentium confessionum, habere confessionis sacramentalis naturam: ita ut illis sacramentalē abſolutionem ſuperaddere, fit facilegiū.

Prima eſt hypothetica illa, qua Sacerdote p̄eante & interrogante, ſi hoc vel illud feceris, nonne petis ueniam à Deo? Penitens responderet. Ita Domine. Etenim talis non eſt accuſatio ſuoi de propriis, neque maniſtatio alicuius abſolute de reſtatione illorum, per quam ſufficienter conſtat posſit ad eſſe maceriam abſolutionis, ne cam teneat impen- dendo, ſacrilegium committatur. Secunda eſt, excusatio qua nonnulli culpam ſuorum peccatorum transferunt aut in naturam ſuam, aut (quod eſt genus blasphemie) in Deum quiaſca ſauantem peccandi neceſſitatem, iniungendo nimis ardua, aut in Dæmonem: aut in fortunam, vel ſatuum alliamve cauam ſimilem. Qui manifeſtē ex eo arguantur, quod cer-

tissimum ſit nullum eſſe homini peccatum, excepto origi- nali, quia libet a ipſius voluntate perpetratur. Tertia eſt, iac- tanta & oſtentati o peccatorum ſuorum, qualis contingere po- eſt quibusdam perdiſis, qui latentur cum male fece- rent, & exultant in rebus peccatis.] prout habeat Proverb. cap. 2. Cum deberent culpam ſuam humiliter agnoscere, ac cum Dauid à Nathan prophetā reprehēti. Reg. 12. dicere, Peccaui Domino.]

Quarta eſt, nuda narratio peccatorum abſque villa in- tertiō contritione, aut cum prolixa terum impertinentium commemoratione, & inuili verborum multiplicatione; eō ſpectante ut peccata qua aperienda ſunt, certa ratione regantur. Nam talis confessio, non eſt vera accusatio, ſed rhetorica quædam excusatio. Quod ſi ad perfeſtam peccati cognitionem, opus ſit historiam narrare, bonum quidem eſt id facere, & fieri debet: ſed ſolum quæ ſunt ad talem finem neceſſaria, refere oportet. Quinta eſt, negatio peccatorum qualis contingit quibusdam ignorantiis dicentibus: Nihil male feci, non ſum furatus, non fornicatus, &c. Sexta eſt, enumera- ratione bonorum operum: qualis fit a dicentibus: Audiuaſerum omnibus diebus festis, et in una Quadragesimam, de die elemosynas, & ſciilla, imitatione Pharisæi orantis Luc. 18. Septima eſt nimia exaggeratio & ſalfa impositio peccatorum, qua penitens ipſe non fecerit: qualis contingit le- genti ex aliquo libro formulat confessionis, non habita ratione quorum ſit ſibi conſclusus, aut non ſit. De quibus omni- bus debet Confessorius ſolicite penitentem ſuum instrue- re, cum aduertet ipſius in eis delinquere.

Tertia definitionis pars, contenta illis verbis, coram Sacer- dote proprio, excludit primò per verbum coram, confessiones fa- cias abſenti per literas aut internuntium: Quas non eſt ſu- ficientes ad obtinendam abſolutionem sacramentalē communis ſententia eſt, quam Nauarr. ad cap. Fratres, De pen- diſtri. 5. num. 94. conſtructum ex cap. Quem panit. Depen- diſtri. 1. per illa verba: Præcepit Dominus mundandis, ut oſtenderent ora Sacerdotibus; docens corporali p̄eſentia, conſitenda peccata, non per nuntium, non per ſcripturam maniſtanda.] Tum ex eo, quod abſolutionis forma, qua- habet Abſolū te, p̄eſupponat abſoluendum p̄eſentem eſ- ſe. Tum de num ex eo, quod sacramenta omnia personæ propriæ concuſsum exigunt cum ſuſcipiuntur, excep- to matrimonio, quod per procuratorem contrahi potest ex cap. Fi- nali De procuratibus in ſexto. Accedit quod nouillim a ſummo Pontifice Clemente VIII. tanquam erronea datata ſit propositio, qua aſſertit licet per literas: ſeu internuntium peccata propria Confessario abſenti sacramentaliter conſitenti, & ab eo item abſente abſolutionem obli- nere.

Excludit ſecondo, per verbum Sacerdote: confessiones fa- cias laico, auraliter non Sacerdoti: quas non eſt sacramentales pater ex Concil. Trid. ſeff. 14. c. 6. & Can. 10. vbi definitur ſolos Sacerdotis eſſe abſolutionis sacramentalis Ministris. Nam fine abſolutione, sacramentum penitentia eſſe nequit: cum illa ſit eius forma eſſentialis.

Excludit tertio, per verbum Proprio, factas Sacerdoti non habeat iurisdictionem; quas etiam non eſt sacramentales, intelligitur ex eodem Concil. in ſequenti cap. 7. Vbi defini- tur nullus momentum eam abſolutionem eſſe, quam Sacer- dos in eum proferit, in quem ordinariam aut delegaram non habetur iurisdictionem.

Postrema dēnique pars definitionis, ut ab illis sacramen- taliter abſolutuar, excludit confessiones, quaſt fiunt in alium finem (ut ad habentiam conſolationem vel conſilium à Con- fessorio) quam ad obtinendam abſolutionem. Nam tales non ſunt sacramentales: quandoquidem ſecluſa abſolutione nullum datur penitentiā sacramentum. Excludit item ge-nerale in confessionem, cuius formula Confiteor communiter no- minatur, à voce, à qua incepit, etiamſi fiat proprio Sacerdoti, ut ſelet à populo ante Euchariftia ſumptuonem. Nam neq; laicuſſe sacramentalem, ex eo conſtat quod inuita Concil. Triden. ſeff. 14. cap. 5. Confessio sacramentalis, ad obtinendam ſu- per ea abſolutionem de peccatis in ſoſto penitentiā, requi- rat ut Penitens, non in genere duntaxat, ſed in ſpecie ac ſigillat ſuam ipſe peccata declarat. Per illam autem confes- ſionem peccata declarantur ſolum in genere; ideoque abſolu-